

per Oct. Vulpellum consil. crim. 139. per totum. Drog.
 18 Sed certe licet hac opinio.] Adde, † quod idem tenet Bart. in l. omne delictum, ff. de re milit. & Nell. de bannitis in 2. par. secundi temp. q. 69. Sed de ista quaestione, vide nouissimè tradata per Menochium in comment. praesumpt. lib. 2. praesump. 70. vbi latissimè, & per Farinac. var. quaest. in q. 11. num. 93. qui sequitur D. Clarum, & num. 97. vers. sexto aduertatur.
 Item adde, quod citatus pro aliquo maleficio si comparuerit in iudicio, & omnia contenta in inquisitione negauerit, & suas exceptiones, & defensiones proposuerit, & postea iterum citatus non comparuerit, & bannitus fuerit, potius dicatur bannitus ob contumaciam, quàm ob maleficia: & ideo non poterit impunè offendi, stante statuto, quòd bannitus impunè offendi possit, Cirt. Sen. conf. 59. num. 17. Baiard.

difficultate posset obtineri in practica; nam stantibus Statutis, vel consuetudine, quod contumax habeatur pro praesente, & confitente, Credo, quòd bannitus pro delicto in contumaciam, possit proprio dici bannitus ex maleficio: Non enim eo casu bannitur, vel condemnatur reus propter contumaciam, sed propter delictum, cuius plena probatio resultat ex contumacia: Tanto magis quia videmus, quòd communis vsus loquendi ita interpretatur, vt ille dicatur bannitus de maleficio, qui citatus pro maleficio non comparet, prout atte-

q Pro delicto in contumacia.] Rouescal. ad Baldum dicto consil. 193. Ber. Ros.
 29 r Contemptum.] Adde, † quòd quis dicitur contemnere, quando voluntas dirigitur, vt nolit obedire, quia spernit potestatem praecipientis, Riminaldus iunior in consilio 707. numero vigesimo, uolunt. 9. Baiard.
 f Criminaliter puniri.] Hic scias, quòd quando † contumacia non est notoria, tunc non potest quis multari, nisi praemissa citatione communi, dixi in collecta mea commun. opinion. cap. contumacia, num. 3.
 t Et potest puniri.] Poterit etià † carcerari facere iudex nò praestantem sibi reuerentiam uerbis, uel factis, per Homo de syndicat. Giach.
 statur Salycetus in Rubr. C. de crimin. stellion. circa finem. Et ita pluries uidi iudicari: & ego etiam si casus contingeret, ita iudicarem. Scias autem, quòd ubique contumacia alicuius haberet admixtum contemptum iudicis, eo casu talis contumacia diceretur esse delictum, & posset ex ea criminaliter puniri. Ita dicit gl. in l. mica, §. fin. in gl. magna, in fin. ff. si quis iudic. non obtemp. quam dicit esse communiter approbatam, Claud. in d. l. si mora, num. 19. Contemptus enim Iudicis dicitur delictum, & potest puniri. Et hoc generaliter praemissa sufficiant, nunc de singulis criminibus specialiter uideamus.

S. ADULTERIVM.
 S V M M A R I A.
 Ex Claro.

- 1 Adulterij accusatio mult. pliciter proponi potest.
- 2 Adulterium quot modis committi potest.
- 3 Et cum meretrice nupta dicatur adulterium committi.
- 4 Et an adulterium sit crimen priuatum.
- 5 Et an in crimine adulterij lata culpa aequiparetur dolo. Remissiuè.
- 6 Et an possit puniri et per iudicem Ecclesiasticum, Remissiuè.
- 7 Et quae sit pena adulterij.
- 8 Et an habeat locum in sponsa.
- 9 Et quid in Iudeo.
- 10 Et an pluries cum vna adulterium committens, dicatur plura adultera commisisse.
- 11 Adulter in actu adulterij a patre deprehensus potest impunè occidi. Remissiuè.
- 12 Propter adulterium potest agi ad separationem thori.
- 13 Et an teneatur eo casu maritus uxori dotem restituere.
- 14 Et quid si deinde compertum fuerit matrimonium fuisse nullum.
- 15 Uxor propter adulterium amittit dotem, & bona paraphernalia. Et an in praedictum patris, vel filiorum suorum.
- 16 Et an uxor amittat dotem propter osculum.
- 17 Et an facta separatione thori maritus teneatur alere uxorem.
- 18 Maritus sciens uxorem esse adulteram, si cum ea se carnaliter commisceat, an uideatur adulterium illi remisisse.
- 19 Exceptio adulterij in causa ciuili repetitionis dotis, quando, & per quos opponi possit. Remissiuè.
- 20 Crimen adulterij praescribitur quinquennio. Ex Additionibus.
- 1 Adulter, & adultera an possint in eodem libello accusari.
- 2 Uxor accusatur de adulterio, licet adulter ignoretur.
- 3 Adulter an possit accusari in vno libello, et adultera in alio.
- 4 Inscriptio ad penam talionis non est in vsu.
- 5 Impubes non potest accusari de adulterio.
- 6 Iudex procedit ex officio in crimine adulterij, vel stupri accusatore desistente, vel mortua, etiam stante statuto, quòd sint querela procedi non possit.
- 7 Iudex contra uxorem procedit, adultero tantum per maritum accusato.

- 9 Iudex habet facultatem a statuto inquirendi de omnibus delictis non potest de adulterio inquirere, constante matrimonio.
- 10 Iudex procedit in crimine adulterij deducto in iudicio, non obstante concordia partium.
- 11 Maritus habens concubinam non potest accusare de adulterio.
- 12 Sententia lata super adulterio valet, licet de stupro solus fuerit probatum.
- 13 Maritus an post accusationem possit a pena adulterij uxorem liberare.
- 14 Adulterium quando dicitur crimen publicum.
- 15 Maritus quibus casibus non possit uxorem de adulterio accusare.
- 16 Bastardus quando possit institui.
- 17 Adulterij specialia.
- 18 Uxor non excusatur a pena adulterij propter non redditum sibi debitum a marito.
- 19 Uxor debet alimentari pendente adulterij quaestione.
- 20 Uxor accusata a marito de adulterio quado possit torqueri.
- 21 Et pro adulterio tota familia potest torqueri.
- 22 Uxor potest accusari de adulterio etiam cum Papa commissio.
- 23 Adulterium non dicitur commissum cum dolo, & fraude, si probetur mulieris uoluntas.
- 24 Adulterium, siue fornicatio totam cognationem denigrat.
- 25 Adulterium an committat cum soluta credent accedere ad nuptiam, vel contra remissiuè.
- 26 Adulterium etià dicitur, quando coningatus coit cum soluta.
- 27 Et an stuprum possit appellari remissiuè.
- 28 Adultera cum meretrice nupta commissum an sit punibile. Et quid si eum adulterio concurrat incestus. ibidem.
- 29 Et quae dicatur meretrice.
- 30 Adulterium an sit crimen priuatum.
- 31 Iudex Ecclesiastic. an possit procedere ex officio in crimine adulterij, incestus, stupri, & fornicationis, stante constitutione Marchiae, quòd certae personae ad accusandum admittantur.
- 32 Et an dicta constitutio habeat locum in huiusmodi criminum attestacione.
- 33 Lata culpa in adulterio non aequiparatur dolo. Uxor non priuatur dote ob adulterium ignoranter commissum. ibidem.
- 34 Adulterium, stuprum vel inonestas mulieris an possit probari per testes singulares.

Adulter-

- 35 Adulterium ex quibus actibus probetur remissiuè.
- 36 Et quas probationes requirat.
- 37 Maritus accusando uxorem de adulterio non debet intendere publicam uocem, & famam.
- 38 Adulterium quot modis probari possit remissiuè.
- 39 Et quibus coniecturis probetur, & praesumptionibus.
- 40 Adulterium probatur coniecturis, & fama publica.
- 41 Adulterium non probatur sola mulieris confessione.
- 42 Et confessio adulteri carentis genitalibus non nocet.
- 43 Adulterium probatur per testes, qui uiderunt adulterantes per foramen.
- 44 Adulter, & adultera non puniuntur pena statuti, nisi probentur esse in matrimonio.
- 45 Iudex secularis an possit adulterij iudicium prosequi, si opponatur matrimonium esse nullum.
- 46 Et an de matrimonio possit incidenter cognoscere.
- 47 Clericus iactans se commississe adulterium quomodo puniatur.
- 48 Stuprum quando non sit punibile.
- 49 Adulterij pena qua sit in Regno Neapolitano.
- 50 Et quae in Flandria.
- 51 Mulier pena adulterij puniri non potest, si existente fama publica de morte mariti adulterium committat.
- 52 Mulier cum Clerico adulterium committens, non puniatur a Iudice seculari.
- 53 Adulterij pena ex auct. sed hodie C. de adult. non seruatur.
- 54 Et illa pena non haberet locum, quando actum esset ad separationem thori.
- 55 Uxor adultera an, & quando a merito in uinculis detineri possit, remissiuè.
- 56 Adulterij pena non est puniendus, qui coactè adulterium commisit.
- 57 Adulterij pena diuersa.
- 58 Adulterij non uolenti pena de consuetudine est pecuniaria.
- 59 Et Roma est capitalis per constitutionem Sixti P. P. Qu. un.
- 60 Adulter iniuste punitus non recuperat penam solutam.
- 61 Adulterij pena punitur accedens ad solutam credens accedere ad nuptiam, vel e contra.
- 62 Maritus uxorem adultera accusans a Iudicib. deideri solet.
- 63 Maritus committens homicidium propter uxoris adulterium punitur.
- 64 Et potest ordinare uxori, vt fingat praebere aures adultero, interim se praeparare ad offendendum.
- 65 Testis esse non potest in testamento damnatus de crimine adulterij, & repetundarum.
- 66 Tortura locus non est in adulterio sine vi commissio stante consuetudine, quòd punitur pena pecuniaria.
- 67 Adulterium, & incestum simul committens qua pena punitur, stante vno statuto, quòd pro adulterio soluat 25. floren. & altero, quid procedatur de similibus ad similia.
- 68 Adulterij pena diuersarum nationum remissiuè.
- 69 Adulterij pena quandoque est arbitraria.
- 70 Filius adulterans uxorem patris amittit etiam priuileg. filiat.
- 71 Adulterium in matrimonio uero, vel putatum, eadem pena punitur.
- 72 Adulterij conatus pena arbitraria punitur.
- 73 Et quae dicatur adulterij attentatio.
- 74 Et quis dicatur alterius uxorem sollicitare.
- 75 Adulterium committens mulier propter munera, an dicitur inuita peccare. Et dans munera an pena statuti contra adulterantem in uitam puniri debet, num. eod.
- 76 Et quid in practica.
- 77 Adulterari mandans qua pena sit puniendus.
- 78 Pax non dicitur rupta propter adulterium.
- 79 Adultera penam adulterij non emittit ob seuitiam uiri.
- 80 Et famis necessitate, vel paupertate non excusatur.
- 81 Adulterans mulierem bannitam etiam cum vi, nulla pena punitur.
- 82 Adultera reperta in fragranti est infamis ipso iure, secus in adultero.
- 83 Lex canonica in adulterio seruanda est.
- 84 Adulterij pena an debet locum in sponsa, remissiuè.
- 85 Statutum puniens adulterium, vel stuprum, pena pecuniaria comprehendit etiam iudeos.

- 86 Et quomodo intelligatur non distinguens an sit nupta, vel meretrice, remissiuè.
- 87 Et huiusmodi statutum habet etiam locum in Christiano iudeam adulterante.
- 88 Iudeus Christianam adulterans grauius est puniendus.
- 89 Thori separatio fit per quamcunq; fornicationem.
- 90 Et propter sodomiam.
- 91 Maritus non lucratus dotem propter uxoris adulterium facta ciuilitè matrimonij separationem à Iudice seculari.
- 92 Uxor de adulterio accusata potest obijcere paritatem criminis etiam post litem contestatam.
- 93 Uxor ob fornicationem mariti potest petere separationem thori.
- 94 Et quomodo probetur fornicatio, remissiuè.
- 95 Maritus quando lucretur dotem sine sententia Iudicis propter uxoris adulterium.
- 96 Uxor an possit propria auctoritate à marito expelli, vel se separare ob notoriam fornicationem, vel adulterium.
- 97 Et eo casu pendente. lue super restitutione dotis, maritus non tenetur uxorem alere.
- 98 Adultero absoluto etiam adultera censetur absoluta. Et condemnatio adulteri non nocet adulterae, num. eod.
- 99 Uxor potest petere dorem, ac thori separationem, etiam si uir cum soluta coerit.
- 100 Uxor de nocte, ac per vim adulterata, non perdit dotem, nec alia pena punitur.
- 101 Adultera non perdit dotem putatiuam.
- 102 Maritus an lucretur dotem uxoris ob uerbera aufugientis, & adulterantis, remissiuè.
- 103 Mulier perdit dotem conuiuando cum extraneis, & interueniendo in ludis theatralibus. (remissiuè.)
- 104 Dos in quibus casibus propter adulterium non amittatur.
- 105 Mulier debent filium ex adulterio conceptum an teneatur reuelare remissiuè.
- 106 Filius quando teneatur alere matrem amittentem dotem propter adulterium.
- 107 Uxor dotem recuperat, & lucretur donationem propter nuptias facta thori separatione ob culpam uiri.
- 108 Uxor putatiua an perdat dotem propter adulterium.
- 109 Mulier inhoneste uiuens post mortem uiri amittit dotem de rigore. Item paraphernalia, & lucra quacunq; ex bonis mariti, num. eod. Item donationem sibi a marito factam, ac tutelam filiorum, num. eod.
- 110 Et an luxuriose uiuens intra, vel post annum lucus priuatur filiorum successione.
- 111 Vidua an propter stuprum amittat dotem remissiuè.
- 112 Et quid de legatis sibi à marito factis.
- 113 Uxor an propter osculum amittat dotem remissiuè.
- 114 Mulier consentiens osculo, qua pena plectatur in Ciuitate Neap.
- 115 Mater, qua amisit dotem propter adulterium, an suscipere debet alimenta a filiis.
- 116 Adulterium an praesumatur ex solo osculo.
- 117 Adulterium probatur coniecturis, & praesumptionibus.
- 118 Maritus facta thori separatione tenetur alere uxorem honestè uiuentem.
- 119 Et ex superstite non potest aliam ducere.
- 120 Maritus recipiens uxorem adulteram, an uideatur illius mores praeteritos, & futuros approbare.
- 121 Maritus iurans de adulterio uxorem non accusare an teneatur seruare iuramentum.
- 122 Maritus non potest uxori adulteranti parcere sub conuentione lucrandi eius bona.
- 123 Uxor cum uarito se carnaliter commiscet censetur ei iniuriam remisisse.
- 124 Maritus sciens, & non accusans uxorem adulteram, an leuocidij penam incurrat.
- 125 Uxor propter adulterium non amittit dotem in praenunciu patris, vel filiorum.
- 126 Adulterium exceptio an possit opponi per haeredes mariti, vel per filios contra matrem, remissiuè.

Adul-

- 127 Adulterij accusatio quando transeat ad heredem extraneos.
- 128 Adulterij accusatio, vel exceptio non tollitur per subsequens matrimonium cum adultero.
- 129 Adulterij accusatio quanto tempore praescribitur.
- 130 Et quid de exceptione adulterij.
- 131 Et an praescribitur quo ad poenam spiritualem.

A N N O T A T I O N E S.
Ad §. Adulterium.

- D**E Adulterij materia. Decian. in tomo 1. tract. crim. lib. 4. cap. 26. nu. 2. & Farin. vol. 5. suar. pract. crim. quaest. 136. cap. 1. num. 2. ubi tractat An adulterium, & copula carnalis coeetus, & praesumptionibus probetur, & cap. 2. num. 26. An per testes, aut confessione iudiciali, aut exta iudiciali: & cap. 3. nu. 47. Quando probetur aliqua esse meretricem, seu inhonestam, vel presumatur. Et latius de his praesumptionibus, & coniecturis adulterij tractat, cap. 4. num. 18. & seq. Sed eadem quaest. 136. cap. 5. tract. de praesumptionibus, excludentibus adulterium, & carnalem copulam: & de eius grauitate, & poena, & omnimoda prohibitione tractat, vol. 1. quaest. 141. & quaest. seq. & quaest. 142. de amissione dotis, part. 1. Ros.
- A**dulterij.] Adulterij accusatio multipliciter in iudicio deducitur, ut per Farin. d. q. 141. num. 39. vsque ad 47. & Vigel. M. I. R. c. 13. q. de adulterij regul. 1. 5. & 9. cum sequentibus pluribus. Ros.
- A**dulterij.] Adde, quod adulter, & adultera non possunt in eodem libello accusari, si maritus, §. fin. ff. de adulter. & si accusantur, libellus non procedit, etiam parte non opponit, Cagno. in legita numero 287. C. pe. eden & Ioann. de Anan. in cap. intelleximus. num. 10. in fin. ibi idem dicit Angelus, nisi quando ageretur coram Iudice Ecclesiastico ad separationem thori, quia tunc bene adulter, & adultera possunt in eodem libello accusari, gloss. singular. in cap. statuit. 2. questione quinta, quam refert, & sequitur Roman. singul. 276. ut feis 10. de Arno. probl. 3.
- Idem § adde, quod potest proponi accusatio de adulterio contra uxorem, etiam quod ignoretur persona adulteri, Natt. in conf. 422. nu. 7. vol. 2.
- Item § adde, quod quando in eodem libello adulter, & adultera accusantur in neutrius persona procedit accusatio, & hoc est speciale in adulterio, & quando accusatur vnus in vno libello, & alius in alio, tunc rejicitur pars libelli, & proceditur super primo, secundum Baldum in consilio sexto, numero secundo, & tertio hic alleg. & ibi reddit rationem dicens, quod non debet accusator adulterij esse partialis, sicut non potest ex inscriptione pati duas poenas; quoniam vna poena consumitur cum de iure communi adultero sit poena mortis, & e contra subscribitur se ad poenam talionis, & non probantur, quod tamen procedit, quando agitur ad poenam capitalem, non autem quando mulier accusatur ad effectum perdenda dotis; vt per eundem Bald. d. conf. 6. num. 4. Sed § ego arbitror, quod hodie posset procedi super vtroque libello, quia de consuetudine amplius non fit inscriptio ad poenam talionis, ut per Duen. reg. 27.
- Item § adde, quod impuberes non possunt accusari de adulterio, quia praesumuntur inhabiles ad coitum: tollitur tamen haec praesumptio per contrarium factum. Socin. in cap. 1. numero 7. & 17. de delict. puerum.
- Idem § adde, quod si extaret statutum, quod in crimine adulterij, vel stupri non posset procedi, nisi ad querelam partis: data querela, poterit Iudex procedere ex officio etiam quod querelans desisteret, per text. in l. constante matrimonio

§. ADULTERIVM.

ADULTERII, h. Crimen multis modis in iudicio deduci potest. Quandoq; enim maritus accusat uxorem de adulterio, vt in casu, in quo consuluit Bald. consil. 210. lib. 1. & Roman. conf. 451.

- in fin. ff. de adul. Afflict. in consil. legum asperitate, num. 12. & idem habetur in dec. Gram. 31. hic per Clarum alleg. nu. 3. & seq. & hoc procedit, eo desistente in quacunque parte iudicij, & appellatione pendente, vel accusatore mortuo, vt per Crau. in tit. 21. & Gram. in d. decij. § tenet etiam, quod contra uxorem poterit procedi, etiam quod ea maritus non accusauerit, sed adulterium tantum.
- Item § adde, quod si statutum permitteret iudici inquirere, & punire de omnibus delictis, non intelligitur, quod permittat inquiri de adulterio, constante matrimonio, Brun. d. consil. & deere. in vers. inquisitio. fol. 144.
- Item § adde, quod adulterij crimine deducto in iudicio, postquam de re constat legitime, debet iudex procedere non obstante concordia partium, Afflict. in d. consil. legum asperitate, num. 11.
- Item § adde, quod maritus tenens concubinam non potest accusare de adulterio. Decian. l. temper in cotta. ff. de reg. iur. Marf. in l. 1. de rapt. Viig. nu. 60. & seq.
- Item § adde, quod si quis accusauerit aliquem de adulterio, & probauerit de stupro, sententia super eo lata erit valida, quia nomen adulterij est genus: ita Bald. in l. fca. C. de adulter. quem sequitur Fely. in capit. licet hely. nu. 29. de Simon. De hoc tamen vide Aret. de malefic. & ibi Addent. in versic. *che ha adulterato*. num. 59.
- Item § adde, quod maritus post accusationem poterit liberare uxorem per reconciliationem a poena, ante tamen sententiam, & iudicis auctoritate, & non aliter: fecus autem, secuta condemnatione, etiam quod condemnatio non fuisset mandata executioni, Boerius de decisione 298. numero tertio, & sequent.
- Item § adde, quod ex officio per uiam inquisitionis non potest procedi contra adulteros, ne sedentur connubia, etiam quod adulterium sit crimine publicum: quia illud est uerum postquam nomen est receptum inter reos, secundum Bart. in l. 2. § si publico, ff. de adult. & Afflict. in consil. legum asperitate nume. 9. Grammat. decif. 31. nu. 6. & quando dicitur in crimine adulterij nomen receptum inter reos, vide Bar. in l. adulterij, C. de adulter. Fallit tamen quoties adulterium est notorium, quia tunc Iudex potest ex officio procedere, Gram. d. decif. 31. nu. 7. & per Conc. Trident. sess. 24. c. 8. incip. graue peccatum, & c. de reform. matrim. sancitum fuit, quod procedatur ex officio ab Ordinarijs locorum, quando mulieres, siue coniugatae, siue solutae cum adulteris, siue concubinarijs publici ueniunt, si ter admonitae non paruerint.
- Item § adde, quod in sex casibus non licet marito accusare uxorem de adulterio. Primus est, quando ipse fuit causa adulterij, etiam si causa fuerit remota, puta, quia eam reliquerit sine necessarijs ad uitam, dummodo ipsa prius egerit contra uirum, ut prouideret de alimentis: Secundus casus est quando uir tradidit alieri uxorem adulterandam, Bero. in consilio 48. numero trigessimoprimo, uolumine primo. Sed adulterium etiam consentiente marito commissum punitur, l. 2. § primo, ff. de adulter. Nell. de bannitis in 2. parte secund. remporis questione quadragesima sexta, uers. iuris autem. Tertius est, cu ipsa credidit uirum defunctum, & nupsit alteri. Quartus, si fuisset ui oppressa, idem adulterata per tyrannum, uel regem non potest accusari de adult. quia praesumitur per uim, & me-

- 16 tum adultera, imo § potest bastardum ex ea natum instituire secundum Bald. in l. eam, quam colum. 9. uers. scias, quod in istis spurij, C. de fideicom. Quintus si post adulterium ea reconciliauit: Sextus est in cap. gaudemus, de diuort. ut plenè de praedictis habetur per Afflict. in consil. legum asperitate, §. qui coram, sed Laurent. Tonnini. Rodulphi in caut. 6. nu. 167. & seq. ponit undecim remedia, quibus uxor, uel uir, de adulterio accusati, se ualeat aduersus accusatorem reparare, & Afflict. in dicto § qui coram in fine. Vide etiam Vii. opin. 33. num. 26. & idem Afflict. ubi sup. dicit, quod Ioan. Andr. in nouell. in cap. intelleximus, & post eum Ioann. de Anan. ibi in pen. col. ponit § multa specialia in crimine adulterij, uidelicet primo, quod in multis casib. repellitur eius accusatio, uel exceptio, ex quo sequitur, quod non semper admittitur, qui suam iniuriam prosequitur, uidelicet, quod praetextu sui adulterij repellitur maritus ab accusando, & prosequendo suam iniuriam. Secundo, quod quis ex praesumptionibus condennatur de adulterio. Tertio, quod in causis adulterij exceptiones debent proponi, & opponi ante litis contestationem, nec admittuntur postea. Quarto, quod conuictus, & condemnatus ex hoc crimine per modum exceptionis punitur. Quinto, quod seruus admittitur ad accusandum. Sexto, quod minor nigrum quinque annis etiam admittitur. Septimo, quod in hoc crimine nulla datur dilatio, nisi ex causa; adeo quod probationes factae, non data dilatione ad probandum, ualent. Octauo, quod minori non subuenitur. Nono, quod adulterium uxoris nocet uiro. Decimo, quod hoc crimen non tollitur in baptismo. Undecimo, quod de hoc crimine uir, & mulier non possunt simul accusari ab eodem, & ex eadem causa.
- Item § adde, quod mulier non excusatur a poena adulterij ex eo, quia maritus ei non reddidit debitum naturae, Boer. decif. 267. num. 15.
- Item adde, quod uxori non licet accusare maritum de adulterio criminaliter, l. 1. C. de adulter. & ratio habetur per Frac. Marci in decif. 14. num. 16. cum seq. & per Bero. in capit. 1. num. 39. de accusat. sed bene ei licet agere ciuilem ad separationem thori, & ut uir restituat dotem, & perdat donationem propter nuptias, cõsensu, C. de repud. Abb. in cap. plerumque, num. 5. de don. inter uir. & uxor. Marf. in l. 1. num. 60. C. de rapt. uirg. Corad. in p. act. crim. tit. de adulter. num. 11. Bero. conf. 55. num. 5. uol. 2. Augut. in addit. ad Ang. uerb. *che mi ha adulterato*, uers. quare, quia uideo; ubi dicit, quod Salicet. ponit unum casum singularem, quando uxor possit accusare maritum de adulterio, etiam criminaliter: uidelicet quando uxor prosequitur suam iniuriam, puta, quia maritus commiserit adulterium cum uxore filij ipsius mulieris, nati ex alio matrimonio, uel cum uxore fratris ipsius mulieris.
- Item § adde, qui mulier debet habere alimenta, donec coniungatur de adulterio, Bald. in consil. 176. Cecilia recessit, uol. primo, & per Paris. consilio quinquagesimo quarto, asserta sententia, uolum. 4.
- Item adde § quod mulier accusata de adulterio a marito potest torqueri, extantibus indicijs: Roman. consil. 451. non autem ad effectum perdenda dotis, cum sit pro interesse priuato etiam si extaret statutum, quod pro adulterio possit de-

- uenire ad torturam, secundum Baldum consilio quinto, & numero sexto, uolumine quinto, & Bologn. consilio nono, uolum. 85.
- Item § adde, quod in materia adulterij, tota familia potest torqueri pro ueritate eruenda, Baldus in l. finali, ff. de quaest. & Paris. de Put. in tract. de Synd. in uerb. tortura il secundo, capitulo tertio, numero secundo, nisi sint bonae fama, & uita secundum Bald. in l. 1. C. locat.
- Item § adde, quod uxor potest accusari de adulterio, etiam commissio cum Papa, licet Papa regulariter accusari non possit, Ancharanus in cap. ea, quae, numero octauo de regu. iur. in 6. Sed credendum non est in aeternum, quod ullus Pontifex adulterium committat, licet ut homo sit possibile.
- Item § accusans aliquem de adulterio, & dicens eum commississe adulterium cum dolo, & fraude, non obtinebit, si probaretur mulieris uoluntas, & accusatus absolute reuert. Rom. consil. 167. incip. Antonius. Baiar.
- E**t adulterum.] Aduerte, quod si accusatus excipiat de lenocinio accusatoris, & quod maritus habitauerit cum uxore post commissum adulterium, & maritus replicet, quod accusatus est seruus, & quod ob id exceptionem lenocinij obijcere non potest: prius cognoscendum est de causa status incidenter mora per replicationem ratione prauidualitatis, quia si pronuncietur accusatum seruum esse, frustra disputatur de lenocinio, quod seruus opponere non potest, quoniam Alexandrum, C. de adulter. & tradit Crauet. multa similia adducens in consilio 280. columna prima. Et circa materiam adulterij, quomodo, & per quem, vel quos intendatur eius accusatio, cuiusque defensio, vide remissiuè per Bossium, titulo de coitu damnato, & punibil. numero quadragesimo tertio. Et scias § quod adulterium, siue fornicatio totam cognationem denigrat, per Bossium eoddm loci, numero quadragesimo quarto. Item, quod adulterium maiori dolore affligit uirum: quia mors filij, ibid. nu. 46. *Giach.*
- T**ribus autem modis.] Adde, § an accedens ad solutam, credens accedere ad nuptiam, committat adulterium, & e conuerso. Vide Ioan. Andr. in Mercurial. regul. 14. cum quis succedit, ubi plenè hanc quaestionem ad partes examinat, & vide infra num. 58. Baiard.
- P**rimo inter.] Adulterium tripliciter committitur secundum Farin. d. q. 141. nu. 77. & 78. Ros.
- C**eterum quando uir coniugatus.] Adde, § quod Menoc. in conf. 249. per totum uolum. 3. tenet contrarium, quod scilicet adulterium sit tam de iure ciuili, quam de iure canonico, Baiard.
- A**dulterium.] Adde Roland. consil. 74. nu. 12. & sequ. libro 1. Dec. consil. 311. colum. 2. Idem tenent Roland. consilio 20. dicit, accessum ad solutam largo modo dici adulterium, cui accedit Guid. Pap. consil. 159. Vide Olasc. decif. 119. Quomodo autem probetur adulterium, no. Roman. consil. 91. num. 6. & conf. 164. col. fin. Guot.
- E**t haec est indubitata.] Vide Farin. ubi supra, numero 80. Ros.
- E**t quod talis coitus.] Adde § uidendum Francisc. Vegij, conf. 66. num. 215. cum sequent. ubi facit multas distinctiones. Baiard.